Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26196
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uirtutum opibus iuge studium inpendit. et hoc in
utroque humero ut siue iudeus quis. seu de gentibus
assit. claritatem semper in doctore ueritatis et pi
etatis. per quam ipse ad meliora proficerit aspectet.
FACIES in rationali catenulas sibi inuicem co
herentes ex auro purissimo et .ii. anulos aure
os quos pones in utraque rationalis summitate catenasque
aureos iunges anulis qui sunt in marginibus eius et ipsarum
catenarum extrema duobus copulabunt uncinis;
in utroque latere superhumeralis quod rationale respicit.
ordo operis quantum nobis uidetur hinc enim fuit. ii. duo erant
uncini super in duobus superhumeralis angulis in
positi. et .ii. duo contra anuli in duobus rationalis anu
lis sursum. e quibus pendebant .ii. catene auree que
tempore induendi inserebantur uncinis qui in super
humeralis angulis eminebant. ut in sequentibus
apertius scriptum est. ut superhumerale et rationale mu
tuo necterent. quorum superior conexio huc usque
descripta est. Sequitur autem de inferiori que erat sub
ascellas scriptura ita subiciens. Facies et .ii. anu
los aureos quos pones in summitatibus rationalis. et
in oris que e regione sunt superhumeralis. et posterio
ra eius aspiciunt, quod dicit et in oris que e regione
sunt superhumeralis. non significat in oris superhume
ralis sed in oris illis que e regione sunt superhumeralis.
hoc est in oris rationalis. que uidet ore e regione
superhumeralis sunt. anuli enim illi qui in ultimis et in
fimis erant angulis rationalis habebant contra